



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mons Thabor Sive Solitudo Exercitiorum Spiritualium

Bisling, Anselm

[Einsiedeln], 1682

Meditatio XXI. De alijs adjunctis Castitatis, à doctrina, & exemplis Christi
& Sanctorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60545)

am facerent prædestinationem. No-
te ergo Dilectissimi (ut concludam)
temeratum castitatis liliu[m] quæret
in mollibus plumis & pulvinaribus
in tricongijs & ferventibus cal-
quam præfati Sancti non nisi in aqua
in spinis, in cilicijs & flagris inven-
runt.

MEDITATIO XXII

De alijs medijs, & adiumentis
castitatis, à doctrina, & exemplis
Christi, & Sanctorum.

Text. Reg.
c. 4. instr. 2.
35. 36. 37.
6. 64. 13.
21. 37.

Delicias non amplecti: Non esse trito-
tum: non multum edacem: non in-
nolentum; non concupiscere: amare castitatem
amare jejunium: corpus castigare: orationem
frequenter incumbere.

Matth.
17. 20.

Prælu[d]. Imaginare, qualiter Chri-
stus suis Discipulis conquerentibus
non potuisse ex oblesso juvene, in-
quenter in ignes, & aquam præcipitem
diabolum eijcere, responderit, hoc genus
demoniorum non eijcitur, nisi per orationem
& jejunium. Scilicet Alimodæus, laxavit
spiritus.

Modi ex-
tinguendi
ventris ig-
nem,

Punct. 1. Confid. 1. Sicut ignis de
bus modis extinguitur; subtrahendo
materiæ, & superfusione aquæ, ita ve-

neris flammam restingui 1. per fugam
 occasionum, conversationis, familiarita-
 tis, aspectuum, tactuum. 2. Per sub-
 tractionem alimenti, gulæ superfluita-
 tis, crapulæ, otij, somni, tepiditatis,
 & negligentia rerum divinarum. 3. Per
 vigiliis, cilicia, disciplinas, jejunia,
 duriores cubationes, aliaque corpus
 molestania.

Ah, Deus ! agnosco jam causam,
 cur mihi quandoque accrescat tam dif-
 ficilis pro castitate lucta, quia corpus
 meum, hostem domesticum nimis tene-
 re foveo, & curo ; sed aliter inposse-
 num tractabo illud, ceu asinum, pascen-
 do non hordeo, sed mortificationibus
 castigando, ut in servitutem redigam.

Punct. II. *Confid.* Altero modo ig-
 nem extingui, scilicet aquâ infusâ, sic li-
 bidinis flammam oratione ad Deum.
 Hæc autem debet 1. esse humilis, uti
 Publicani. 2. Frequens, sicut Apost. Pau-
 licentis: *Datus est mihi stimulus carnis &c.*
propter quod ter rogavi Dominum &c. 3.
 fervens, & pœnitens, sicut Mariæ Mag-
 dalenæ. 4. Perseverans, sicut Cana-
 nez. His enim quatuor qualitatibus in-
 structa oratio, omnia tela nequissimi
 ignea retundet.

Verè fateor meam hîc orandi negli-
 gentiam. Fuit David sanctissimus, Sa-
 lomôn

Per oratio-
 nem cum
 suis qualita-
 tib.
 Luc. 18.
 13.
 2. Cor. 12.
 7.
 Luc. 7.
 Matth.
 cap. 25.

lomon sapientissimus, Samson fortis-
mus, & tamen lapsi sunt: & ego
timeam? Christus dicit: Non egestas
genus &c. nisi in oratione &c. Et ego
illam torpescam?

Christi &
B. Virginis
mortifica-
tiones cor-
porales.

Punct. III. *Consid.* Christi Domini
exemplum. 1. In mortificatione in-
nocentissimi corporis, in nativitate
circumcisione, fugâ, exilio; in jejuniis
quadragintadiali, laboribus, defatiga-
tionibus &c. 2. Quando integras
octes duxit insomnes in oratione.
3. Respice quoque immaculatam MARIAM
Virginis exemplum, jejunia, abstinentiam
vigilias, solitudinem, oculorum con-
stanciam, modestiam, orationis frequen-
tiam, cui quotidie tertiam diem
impendit. 4. Respice Sanctos
suprà memoratos, in spinis, aquis, igne
& flagellationibus castitatem
& conservantes.

Erubescere mea anima, si sub
spinis, & Ducibus cuperes membra
esse delicatam. Ecce Christum
in cunis, in caula, in ligno, in Cruce
ecce Sanctos istos castitatem
in vepribus, in igne, aquis, & rigore
bus, & tu mera peccati lentina post
illam securam fore in plumis in
ingluvie, & pleno ventre? Quid